
Prüfungsteilnehmer

Prüfungstermin

Einzelprüfungsnummer

Kennzahl: _____

Kennwort: _____

Arbeitsplatz-Nr.: _____

**Frühjahr
2021**

62410

**Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen
— Prüfungsaufgaben —**

Fach: **Latein (vertieft studiert)**

Einzelprüfung: **Übersetzung Latein/Deutsch**

Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben): **1**

Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage: **2**

Bitte wenden!

Übersetzen Sie den folgenden lateinischen Text in angemessenes Deutsch!

Kaiser Claudius' Gattin Messalina hat ihren ehebrecherischen Lebenswandel so weit getrieben, dass sie mit einem ihrer Liebhaber, dem designierten Konsul Silius, eine Zweitehe eingegangen ist. Daraufhin spinnen die Hofschranzen eine Intrige und informieren den Kaiser über die Verfehlungen seiner Frau, die für seine eigene Stellung eine immer größere Gefahr bedeuteten. Trotz seines Wankelmuts kann der ängstliche Claudius von seinen Freigelassenen (insbes. von Narcissus) zum harten Durchgreifen gegen Messalina und ihre Liebhaber gedrängt werden. Während Silius und viele andere mit dem Tod bestraft werden, harrt Messalina ihres Schicksals:

Text:

1 Interim Messalina Lucullianis in hortis prolatare vitam, componere preces, non
 2 nulla spe et aliquando ira: Tantum inter extrema superbiae gerebat. Ac ni caedem
 3 eius Narcissus properavisset, verterat pernicies in accusatorem.
 4 Nam Claudius domum regressus et tempestivis epulis delentus, ubi vino incaluit,
 5 iri iubet nuntiarique miserae – hoc enim verbo usum ferunt – dicendam ad causam
 6 postera die adesset.
 7 Quod ubi auditum, et languescere ira, redire amor ac, si cunctarentur, propinqua
 8 nox et uxorii cubiculi memoria timebantur, prorumpit Narcissus denuntiatque
 9 centurionibus et tribuno, qui aderat, exequi caedem: Ita imperatorem iubere.
 10 Custos et exactor e libertis Euodus datur; isque raptim in hortos praegressus
 11 reperit fusam humi, adsidente matre Lepida, quae florenti filiae haud concors
 12 supremis eius necessitatibus ad miserationem evicta erat suadebatque, ne
 13 percussorem opperiretur: Transisse vitam neque aliud quam morti decus
 14 quaerendum.
 15 Sed animo per libidines corrupto nihil honestum inerat; lacrimaeque et questus
 16 inriti ducebantur, cum impetu venientium pulsae fores adstititque tribunus per
 17 silentium, at libertus increpans multis et servilibus probris.
 18 Tunc primum fortunam suam introspevit ferrumque accepit, quod frustra iugulo aut
 19 pectori per trepidationem admovens ictu tribuni transigitur. Corpus matri
 20 concessum.
 21 Nuntiatumque Claudio epulanti perisse Messalinam, non distincto sua an aliena
 22 manu. Nec ille quaesivit poposcitque poculum et solita convivio celebravit.
 23 Ne secutis quidem diebus odii gaudii, irae tristitiae, ullius denique humani adfectus
 24 signa dedit, non cum laetantis accusatores aspiceret, non cum filios maerentis.
 25 Iuvitque oblivionem eius senatus censendo nomen et effigies privatis ac publicis
 26 locis demovendas.
 27 Decreta Narcisso quaestoria insignia.

Angaben

Z. 5 *miserae* (scil. Messalinae)

Z. 11 *fusam* (scil. Messalinam)

**Bei der Fertigung der Reinschrift der Übersetzung
für Korrekturzwecke jede zweite Zeile freilassen!**